

per quæ nos aliud intèrius, aliud extèrius passuros esse denuntiat. Bella quippe ad hostes pertinent, seditiões ad cives. Ut ergo nos indicet intèrius extèriusque turbari, aliud nos fatètur ab hostibus, aliud a fratribus pèrpeti.

R. Propter testamèntum Dòmini, et leges patèrnas, sancti Dei persitèrunt in amòre fraternitatis: * Quia unus fuit semper spìritus in eis, et una fides. **V.** Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. — Quia unus. **Bened.** Quorum festum colimus.

Lectio viij.

SED his malis prævènièntibus, quia non statim finis sequatur, adjungit: Surget gens contra gentem, et regnum adversus regnum: et terramòtus magni erunt per loca, et pestilèntiæ, et fames, terrorèsque de cœlo: et signa magna erunt. Ultima tribulatio multis tribulatiõibus prævènitur: et per crebra mala, quæ prævèniunt, indicantur mala perpètua, quæ subsequèntur. Et ideo post bella et seditiões non statim finis: quia multa de-

bent mala prævèrrere, ut malum vèaleant sine fine nuntiare.

R. Sancti mei, qui in carne pòsiti, certamen habuistis: * Mercèdem laboris ego reddam vobis.

V. Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. — Mercèdem. **Gloria Patri.** Mercèdem.

Bened. Ad societatem.

Sequens R. dicitur post viij. vel ij. Lectionem in Festo plurimorum Martyrum fratrum.

R. Hæc est vera fraternitas, quæ nunquam pòtuit violari certamine: qui effuso sânguine secuti sunt Dòminum: * Contemnentes aulam régiam, pervenerunt ad regna cœlestia. **V.** Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum. — Contemnentes. **Gloria Patri.** Contemnentes.

Lectio ij.

SED cum tot signa perturbatiõis dicta sint, oportet, ut eorum consideratiõnem breviter per singula perstringamus: quia necesse est, ut alia e cœlo, alia e terra, alia ab elementis, alia ab hominibus patiamur. Ait enim: Surget gens contra

gentem, ecce perturbatiõ hómìnũ: erunt terramòtus magni per loca, ecce respectus iræ desuper: erunt pestilèntiæ, ecce inæquãlitas còrporum: erit fames, ecce sterilitas terræ: terrorèsque de cœlo et tempestates, ecce inæquãlitas aeris. Quia ergo omnia consummãda sunt, ante consummatiõnem omnia perturbantur: et qui in cunctis deliquimus, in cunctis ferimur: ut impleatur quod dicitur, Et pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos.

Te Deum laudamus. 20.

AD LAUDES,

et per Horas, Añæ.

1. Omnes sancti, * quanta passi sunt tormenta, ut securi pervenirent ad palmam martyrii.

Ps. Dòminus regnavit cum reliquis. 21.

2. Cum palma * ad regna pervenerunt sancti, coronas decòris meruerunt de manu Dei.

3. Còrpora sanctòrum * in pace sepulta sunt: et vivent nóm̃ina eòrum in ætèrnum.

4. Mårtires Dòmini * Dòminum benedicite in ætèrnum.

5. Mårtirum chorus * laudate Dòminum de cœlis.

Capitulum. Sap. iij.

JUSTORUM animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

REX gloriõse Mårtirum, Corõna confitèntium, Qui respuentes tèrrea Perdúcis ad cœlestia.

Aurem benignam pròtinus

Intènde nostris vòcibus: Trophæa sacra pangi-

mus: Ignosce quod deliquimus.

Tu vincis inter Mårtires, Parcisque Confessòribus: Tu vince nostra crimina, Largitor indulgèntiæ.

Deo Patri sit glòria, Ejusque soli Filio, Cum Spìritu Paráclito, Nunc, et per omne sæculum. Amen.

V. Exsultabunt sancti in glòria. **R.** Lætabuntur in cubilibus suis.

Ad Bened. Añæ. Vestri capilli capitis * omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliõres estis vos.

Pro pluribus Martyribus Pontificibus.

Oratio.

Beatórum Mártyrum, paritérque Pontificum **N.** et **N.** nos quæsumus Dómine festa tueántur: et eórum comméndet orátio veneránda. Per Dóminum.

Si non fuerint Pontifices.

Oratio.

Deus, qui nos concédís sanctórum Mártyrum tuórum **N.** et **N.** natalítia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societáte gaudére. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártyrum tuórum **N.** et **N.** solemnitate lætíficas: concéde propítius, ut quorum gaudémus méritis, accendámur exémpis. Per Dóminum.

AD TERTIAM.

Añã. Cum palma.

Capit. Justórum. *ut supra ad Laudes.*

℟. br. Lætámini in Dómino, * Et exsultáte justi. Lætámini. **℣.** Et gloriámini omnes recti corde. Et exsultáte. **Gloria Patri.** Lætámini.

℣. Exsúltent justi in conspéctu Dei. **℟.** Et delecténtur in lætítia.

AD SEXTAM.

Añã. Córpora sanctórum. **Capitulum.** **Sap. x. c**

Reddidit Deus mercédem labórum sanctórum suórum, et dedúxit illos in via mirábili: et fuit illis in velaménto diéi, et in luce stellárum nocte.

℟. br. Exsúltent justi, * In conspéctu Dei. Exsúltent. **℣.** Et delecténtur in lætítia. In conspéctu. **Gloria Patri.** Exsúltent.

℣. Justi autem in perpétuum vivent. **℟.** Et apud Dóminum est merces eórum.

AD NONAM.

Añã. Mártyrum chorus. **Capitulum.** **Sap. iij. b**

Fulgébunt justi, et tamquam scintíllæ in arundinétó discúrrent. Judicábunt natiónes, et dominabúntur pópulis, et regnábít Dóminus illórum in perpétuum.

℟. br. Justi autem, * In perpétuum vivent. Justi. **℣.** Et apud Dóminum est merces eórum. In perpétuum. **Gloria Patri.** Justi.

℣. Exsultábunt sancti in glória. **℟.** Lætabúntur in cubílibus suis.

IN II. VESPERIS.

Añã. 1. Isti sunt sancti, * qui pro testaménto Dei sua córpora tradidérunt, et in ságuine Agni lavérunt stolas suas.

Psalmi ut in j. Vesperis de Communi Apostol. [1] præter ultimum.

2. Sancti per fidem * vicérunt regna, operáti sunt justítiam, adépti sunt re-promissionés.

3. Sanctórum velut áquilæ * juvéntus renovábítur: florébunt sicut lílium in civitáte Dómini.

4. Abstérget Deus * omnem lácrymam ab óculis sanctórum: et jam non erit ámplius neque luctus, neque clamor, sed nec ullus dolor: quóniam prióra transiérunt.

5. In cœléstibus regnis * sanctórum habitátio est, et in ætérnum réquies eórum.

Psalmus cxxv.

CRédidi, propter quod locútus sum: * ego autem humiliátus sum nimis.

Ego dixi in excéssu meo: * Omnis homo mendax.

Quid retribuam Dómino, * pro ómnibus, quæ retribuit mihi?

Cálicem salutáris accí-

píam: * et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam coram omni pópulo ejus: * pretiósa in conspéctu Dómini mors sanctórum ejus:

O Dómine quia ego servus tuus: * ego servus tuus, et filius ancíllæ tuæ.

Dirupísti víncula mea: * tibi sacrificábo hóstiám laudis, et nomen Dómini invocábo.

Vota mea Dómino reddam in conspéctu omnis pópuli ejus: * in átriis domus Dómini, in médio tui Jerúsalem.

Añã. In cœléstibus regnis sanctórum habitátio est, et in ætérnum réquies eórum.

Capitulum. **Sap. iij.**

Ustórum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt óculis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Hymnus.

Sanctórum méritis inclyta gáudia Pangámus sócii, géstaque fórtia: Gliscens fert ánimus prómere cántibus

Victórum genus óptimum.

Hi sunt, quos fátue mundus abhórruit;

Hunc fructu vácuum, flóribus áridum

Contempsére tui nóminis ásseclæ

Jesu Rex bone Cœlitum.

Hi pro te fúrias, atque minas truces

Calcárunť hómínũm, sævaque vérbera :

His cessit lácerans fórtiter úngula,

Nec carpsit penetrália.

Cædúntur gládiis more bidéntium :

Non murmur résonat, non querimónia ;

Sed corde impávido mens bene cónsicia

Consérvat patiéntiam.

Quæ vox, quæ póterit lingua retéxere,

Quæ tu Martyribus múnera præparas?

Rubri nam flúido sánguine fúlgidis

Cingunt témpora láureis.

Te summa o Déitas, únique póscimus ;

Ut culpas ábigas, nóxia súbtrahas,

Des pacem fámulis; ut tibi glóriam

Annórum in sériem canant.

Amen.

℞. Exsultábunt sancti in glória. ℞. Lætabúntur in cubílibus suis.

Ad Magnif. Aña. Gaudent in cœlis * ánimæ sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti : et quia pro ejus amóre sánguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

II. ALIÆ LECTIONES PRO PLURIBUS MARTYR.

In II. Nocturno.

Sermo sancti Joánnis Chrysóstomi.

Serm. j. de Mart. t. 3.

LECTIO II.

Nemo est qui nésciat, Mátyrum glórias ad hoc divíno consílio a Dei pópulis frequéntari, ut et illis débitus honor dicétur, et nobis virtútis exémpla, favénte Christo, monstréntur : ut dum hæc ita celebrári perspícimus, cognoscámus quanta eos glória máneat in cœlis, quorum natalítia táliter celebrántur in terris : quo possimus étiam ipsi tálibus provocári exémplis, virtúte pari, devotióne consímili ac fide : ut Christo præstante, dimicáre et vincere hostem possimus : ut parta victó-

ria, cum íisdem sanctis in regnis cœlestibus triumphemus.

℞. Sancti tui Dómine mirábile consecúti sunt iter, serviétes præcéptis tuis, ut inveniréntur illæsi in aquis válidis : * Terra appáruit árida : et in Mari rubro via sine impediménto. ℞. Quóniam percússit petram, et fluxérunt aquæ, et torréntes inundavérunt. — Terra.

LECTIO II.

Quis est enim, qui eórum volens mérito copulári; nisi prius constantiam eórum teneat, sectétur fidem, imitétur virtúte passiónis; eórum glóriam páribus vitæ lineaméntis aut invéniat, aut exquirat? Qui etsi martyrio par esse non possit : tamen múneris tanti dignitate se quisque bonis áctibus dignum præbeat. Adest enim clementíssimus Deus, qui desiderántibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum sanctis præmia divína retribuatur.

℞. Vérbera carníficum non timuérunt. sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine : * Ut herédes fierent in domo Dómini. ℞. Tra-

didérunt cörpera sua propter Deum ad supplicia. — Ut herédes.

LECTIO III.

UT enim infirmátur peccátor advérsis, ita justus tentatióibus robórátur. Sic dimicárunť advérsus peccátum sancti : sic et laborándo fortióres, et moriéndo victóres effécti sunt. Nullus athlétes sine certámine fórtior dici, nullus sine victória póterit coronári. Nemo miles sine prælio hostem subjécit : nemo sine bello imperatórem proméruiť. Habes Christiáne competéntia arma, quibus hostem expúgnas : habes fortíssima tela, quibus inimicum debélles.

℞. Tamquam aurum in fornáce. [72]

In III. Nocturno.

Léctio sancti Evangélii secúndum Lucam.

LECTIO III. Cap. vj. c

In illo témpore : Descéndens Jesus de monte, stetit in loco campéstri, et turba discipulórum ejus, et multitúdo copíosa plebis ab omni Judæa, et Jerúsalem, et marítima, et Tyri, et Sidónis. Et réliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi.

Lib. 5. in Lucæ cap. vj.
post initium.



Dverte omnia diligenter, quomodo et cum Apóstolis ascéndat, et descéndat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in húmili Christum vidéret? Non séquitur ad excélsa, non ascéndit ad sublimia. Dénique ubi descéndit, invénit infirmos: in excélsis enim infirmi esse non possunt. Hinc étiam Matthæus docet in inferioribus débiles esse sanátos. Prius enim unusquisque sanándus est, ut paulátim virtutibus procedéntibus ascéndere possit ad montem. Et ideo quemque in inferioribus sanat, hoc est, a libidine révocat, injúriam cæcitatís avértit. Ad vúlnera nostra descéndit: ut usu quodam et cópia suæ naturæ, participes nos faciát esse regni cœlestis.

℞. Propter testaméntum Dómini, et leges patérnas, sancti Dei perstitérunt in amóre fraternitátis.* Quia unus fuit semper spíritus in eis, et una fides. ℞. Ecce quam bonum et quam ju-

cúndum habitáre fratres in unum. — Quia unus.

Lectio viij.

BEati páuperes, quia vestrum est regnum Dei. Quátuor tantum beatitúdes sanctus Lucas Domínicas pósuit, octo vero sanctus Matthæus: sed in illis octo istæ quátuor sunt, et in quátuor istis illæ octo. Hic enim quátuor velut virtútes ampléxus est cardinales: ille in illis octo mysticum número reserávit. Pro octáva enim multi inscribuntur Psalmi: et mandátum áccipis octo illis partem dare, fortásse benedictiónibus. Sicut enim spei nostræ octáva perféctio est, ita octáva summa virtútu est.

℞. Sancti mei, qui in carne pósiti, certámen habuístis: * Mercédem laboris ego reddam vobis. ℞. Venite benedícti Patris mei, percípite regnum. — Mercédem. Glória Patri. Mercédem.

Lectio ix.

SED prius quæ sunt amplióra videámus. Beati, inquit, páuperes, quóniam vestrum est regnum Dei. Primam benedictiónem hanc utérque

Evangelista pósuit. Ordine enim prima est, et parens quædam generatióque virtutum: quia qui contempserit sæcularia, ipse merébitur sempiterna: nec potest quisquam méritum regni cœlestis adipisci, qui mundi cupiditate pressus, emergendi non habet facultatem.

Te Deum laudámus. 20.

III. ALIA HOMILIA.

Lectio sancti Evangelii
secúndum Lucam.

Lectio vij. **Cap. xij.**

IN illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Atténdite a fermento Pharisæorum, quod est hypocrisis. Et reliqua.
Homilia venerabilis Bedæ
Presbyteri.

Lib. 4. in Luc. cap. liij.



E hoc fermento Apóstolus præcipit: Itaque epulémur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ et nequitiæ, sed in ázymis sinceritátis et veritátis. Nam sicut módicum fermentum totam fermentum totam Apóstoli, nunc clarificáta per orbem Ecclesia, lectis eorum áctibus públice prædicántur. Ne terreámini ab his qui occidunt corpus.

latio, cujus semel ánimum imbúerit, tota virtutum sinceritate et veritate fraudabit. Est ergo sensus: Atténdite ne æmulémini simulatores, quia veniet profecto tempus, in quo et vestra virtus omnibus, et eorum revelétur hypocrisis.

℞. Propter testaméntum Dómini, et leges patérnas, sancti Dei perstitérunt in amóre fraternitátis.* Quia unus fuit semper spíritus in eis, et una fides. ℞. Ecce quam bonum et quam júcúndum habitáre fratres in unum. — Quia unus fuit.

Lectio viij.

Verum quod séquitur: Quóniam quæ in ténébris dixístis, in lúmine dicéntur: non solum in futúro, quando cuncta córdium abscondita proferéntur ad lucem, sed et in præsenti tempore potest congruenter áccipi: quóniam quæ inter ténébras quondam pressurarum, carcerúmque umbras vel locúti, vel passi sunt Apóstoli, nunc clarificáta per orbem Ecclesia, lectis eorum áctibus públice prædicántur. Ne terreámini ab his qui occidunt corpus.

Si persecutores Sancto-
rum, occisis corporibus
non habent amplius quid
contra illos agant; ergo
supervacua furunt insa-
nia, qui mortua Martyrum
membra feris avibusque
discerpenda projiciunt,
cum nequaquam omni-
potentiae Dei, quin ea resus-
citando vivificet, obsistere
possint.

R. Sancti mei, qui in
carne positi, certamen ha-
buistis: * Mercēdem la-
boris ego reddam vobis.
V. Venite benedicti Patris
mei, percipite regnum. —
Mercēdem. **Gloria Patri.**
Mercēdem.

Lectio ii.

DUO autem sunt gene-
ra persecutorum:
unum palam saevientium,
alterum fecte fraudulen-

terque blandientium. Con-
tra utrumque nos munire
atque instituire volens
Salvator, et supra ab hy-
pocrisi Pharisaeorum at-
tendere, et hic a carnifi-
cum caede praecipit non
timere: quia videlicet
post mortem nec horum
crudelitas, nec illorum va-
leat simulatio durare.

Nonne quinque passeris
veneunt dipondio? Si mi-
nutissima, inquit, anima-
lia, et quae quolibet per
aera feruntur volatilia,
Deus oblivisci non potest;
vos qui ad imaginem facti
estis Creatoris, non
debētis terreri ab his, qui
occidunt corpus: quia qui
irrationabilia animalia
gubernet, rationabilia cu-
rare non desinit.

Te Deum laudamus. 20.



S. Ambrosius. S. Gregorius. S. Augustinus. Et ponet scaram in capite eius. Et cetera. S. Basiliscus. S. Cyrillus. S. Joann. Chrys.

Commune Confessoris Pontificis.**IN I. VESPERIS.**

Cce sacerdos
magnus, * qui
in diebus suis
placuit Deo, et
inventus est justus. **Psalmi de Comuni Apost. [1]**
2. Non est inventus * si-
milis illi, qui conservaret
legem Excelsi.

3. Ideo jurejurando * fe-
cit illum Dominus cresce-
re in plebem suam.

4. Sacerdotes Dei * bene-
dicite Dominum: servi
Domini hymnum dicite
Deo, alleluia.

5. Serve bone * et fidelis,
intra in gaudium Domini tui.

Capitulum. Eccli. xliv. c



Cce sacerdos ma-
gnus, qui in die-
bus suis placuit
Deo, et inventus est ju-

stus: et in tempore ira-
cundiae factus est recon-
ciliatio.

Hymnus.

Iste Confessor Domi-
ni, colentes
Quem pie laudant populi
per orbem:
Hac die laetus meruit bea-
tas

Scandere sedes.

**Si non est dies obitus
quod indicant in Proprio
Sanctorum litterae m. t. v.
(mutatur tertius versus)
dicatur.**

Hac die laetus meruit su-
premos

Laudis honores.

**Qui pius, prudens, humilis,
pudicus,
Sobriam duxit sine labe
vitam,**